Universitätsbibliothek Paderborn

Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

22 Filios in bello iusto pro patria occumbentium publicis sumptibus alere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52641

Visual Library

SIGNVM XXII.

FILIOS IN BELLO IVSTO PRO patria occumbentium publicis ſumptibus alere.

Militum certorum liberos alere.

OLim Athenienſes, Macedones, Lacedæmonij, aliæque antiquiſſimæ gentes filios illorum, qui in prælio pro ciuitate ceciderant, publico ærario ſeu ſumptibus ciuitatis alebant. Imitandum hoc eſt bono Magiſtratui. 1. Ne pereat mo- bellicæ (quæ eſt obiectum fortitudinis) memo- ria: non enim perenne nomen in poſteros retine- bunt fortes, ſi ipſorum liberi miſeriam ſentiant. 2. Ne patria in propugnatorum ſuorum filios ſit ingrata, 3. vt milites duplici animo & duplicatis, viribus aggrediantur hoſtem, hoc dilē- vtaiunt, mate armati & animati: Eſto, ſi viuemus, patria nos colet, ſi moriamur, familiam alet, nec libe- ros miſeria premi patietur: pugnemus ergo for- titer, alacriter irruamus in hoſtem. 4. ne langueſ- cat militaris ſcientia.

SIGNVM XXIII.

BENEFICENTIA BENEVOLENTIAM ciuium ſeu ſubditorum ſibi parare.

Beneuolum & beneficum eſſe.

1. AGeſilaus Rex Laced. ijs, qui clanculũ aduerſabantur, palàm nõ exhibebat negotiũ, ſed efficiebat, vt ipsũ ſequerentur in militiã, atq; ex his nõnullos duces ac magiſtrat⁹ exercitus factos euehebat, qui cùm in Magiſtratu improbè & auarè ſe geſſiſſent, eoq; in ius vocati periclitarētur,

Ageſilaus eos, à quibus odio proſequebatur, ad honores euehebat.